EMPLASTRA.

EMPLASTRUM AMMONIACI cum HYDRARGYRO.

℞ Ammoniaci colati P. libram unam,
Hydrargyri purificati P. uncias tres,
Olei ſulphurati P. drachmam unam, vel quod ſatis ſit.

Hydrargyrum cum oleo ſulphurato tere donec globuli viſum fugerint: deinde adde paulatim ammoniacum liquefactum, et miſce.

EMPLASTRUM CANTHARIDIS.

℞ Cantharidum P. libram unam,
Emplaſtri ceræ P. libras duas,
Adipis ſuillæ præparatæ P. libram dimidiam.

Emplaſtro et adipi liquatis, paulo antequam concreſcant inſperge et immiſce cantharides in pulverem ſubtiliſſimum tritas.

EMPLASTRUM CERÆ.

℞ Ceræ flavæ,
Sevi ovilli præparati, singulorum P. libras tres,
Resinæ flavæ, P. libram unam.

Liqua simul, et misturam adhuc fluidam cola.

EMPLASTRUM CUMINI.

℞ Seminum cumini,
carui,
Baccarum lauri, singulorum P. uncias tres,
Picis burgundicæ P. libras tres,
Ceræ flavæ P. uncias tres.

Pici cum cera liquefactæ cætera in pulverem trita immisce, et fiat emplastrum.

EMPLAS-

EMPLASTRUM LADANI.

℞ Ladani P. uncias tres,
Thuris P. unciam unam,
Corticis cinnamomi in pulverem triti,
Olei expressi, olei macis dicti, singulorum P. unciam dimidiam,
Olei menthæ essentialis P. drachmam unam.

Thuri liquefacto adde primum ladanum igne emollitum; deinde oleum macis. Hæc postea, cum cinnamomo, oleo menthæ immisce, et in mortario tepido simul contunde in emplastrum In vase operto servetur.

EMPLASTUM LITHARGYRI.

℞ Lithargyri in pulverem subtilissimum triti P. libras quinque,
Olei olivæ congium unum.

Coque lento igne cum aquæ mensura librarum circiter duarum, perpetuo agitans, donec oleum et lithargyrus coëant, et emplastri crassitudinem habeant. Oportebit autem plus aquæ ferventis addere, si ea fere omnis, quæ in principio adhibita fuerit, ante finem coctionis absumta fuerit.

EMPLAS-

EMPLASTRUM LITHARGYRI cum GUMMI.

℞ Emplastri lithargyri P. libras tres,
Galbani colati P. uncias octo,
Terebinthinæ P. drachmas decem,
Thuris P. uncias tres.

Galbano, lento igne cum terebinthina liquato; immisce pulverem thuris, deinde emplastrum lithargyri lentissimo igne liquatum, et fiat emplastrum.

EMPLASTRUM LITHARGYRI cum HYDRARGYRO.

℞ Emplastri lithargyri P. libram unam,
Hydrargyri purificati P. uncias tres,
Olei sulphurati P. drachmam unam, vel quod satis sit.

Hoc emplastrum confice eodem modo quo emplastrum ammoniaci cum hydrargyro.

EMPLAS-

EMPLASTRUM LITHARGYRI cum RESINA.

℞ Emplaſtri lithargyri P. libras tres,
Reſinæ flavæ P. libram dimidiam.

Emplaſtro lithargyri, lentiſſimo igne liquato reſinam in pulverem tritam immiſce, et fiat emplaſtrum.

EMPLASTRUM PICIS BURGUNDICÆ.

℞ Picis burgundicæ P. libras duas,
Ladani P. libram unam,
Reſinæ flavæ,
Ceræ flavæ, ſingulorum P. uncias quatuor,
Olei expreſſi, olei macis dicti, P. unciam unam.

Pici, reſinæ, et ceræ, ſimul liquatis, adde primum ladanum, deinde oleum macis.

EMPLASTRUM SAPONIS.

℞ Saponis P. libram dimidiam,
Emplaſtri lithargyri P. libras tres.

Emplaſtro lithargyri liquefacto ſaponem immiſce; et ad emplaſtri craſſitudinem decoque.

EMPLAS-

EMPLASTRUM THURIS.

℞ Thuris P. libram dimidiam,
Sanguinis draconis P. uncias tres,
Emplastri lithargyri P. libras duas.

Emplastro lithargyri liquefacto adde cætera in pulverem trita.